



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu, Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte Orandi & meditandi methodo

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Cap. 1. Instructio brevis & accurata de vera recte orandi & meditandi
methodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

INSTRVCTIO
BREVIS ET ACCVRA-
T A D E V E R A R E C T E
O R A N D I A C M E D I T A N -
di methodo.

CAP. I.

INTER omnia vitæ spi-
ritualis exercitia, nullū
oratione mētis siue me-
ditatione difficili⁹, nec
vllum æquè necessariū.
quod non modò sanctissimorum vi-
rorum innumera testimonia, verum
ratio quoque ipsa & quotidianus v-
sus atque experientia satis superque
demonstrat. Vt proinde mirum non
sit, magnā ex parte hominis, ad pra-
xin eius perdiscendam, requiri soli-
citudinem, desiderium, diligentiam.

A tribus autem potissimum ma-
gistris tota hæc benè precandi ars
addisci potest. *Primus* est S P I R I -
T V S S A N C T V S. Etenim si dona
omnia à D E O sunt, multò speci-
alius donū perfectæ orationis, quod

E 6 cætera

Luc. c. 11.

cætera excellit, à Deo proficisci necessè est, atque idcirco instantissimis & humillimis, à cælesti numine precibus donū hoc efflagitandum est, & cum Apostolis dicendum: *Domine doce nos orare.*

Secundus est ipsamet ORATIO: nam orando & meditando, orationis ac meditationis praxis, nō aliter atq; cæterarū artium, addiscitur. Et quē admodum qui nunquam aut rarius in litteris formandis se exercet, scribendi artem nunquam perfecte percipiet: ita qui nunquam aut raro precibus aut meditationibus incumbit, earum vsum atque praxin vix vñquā intelliget.

Luc. 11.

Tertius est, PATER SPIRITUALIS, in meditationū exercitijs probè exercitatus. Nam, (dicente S. Hieronymo) *nulla ars sine magistro discitur.* Atque hinc est, quod sacris Euāgelij attestātibus, S. Ioannes Baptista, & christus seruator noster discipulis suis orandi methodum tradidisse leguntur.

POR-

ORANDI ET MEDITANDI. 85

PORRO ad meditationem seu mentis orationem rectè instituentam, duo sunt necessaria, *methodus* & *materia*, id est, prænoscere oportet modum id agendi, & promptam atque paratam habere materiam siue obiecta circa quæ mens occupetur: etenim vel vtriusque huius rei, vel alterius tantum defectu, non pauci præpediti, sancto huic exercitio aut non vacare, aut non eo quo deberent cum fructu eidem insistere queunt. Nos autem medelam adhibere, & vtrique huic defectui, quoad fieri poterit, providere conabimur: posteaquã duo hæc notatu digna prius explicauerimus: nimirum quæ sit orationis siue meditationis finitio, quæque illius species: & quibus potentissimum rebus illa vel impediatur, vel promoueatur.